Sub idem Paſchatis tempus , Christus negotiatores , & collybiftas a tempo ſubmovit , ut refert Joannes . Poſteā vero per fata tranſiit , in Sabbato deuteroprotō ; Matth. xii. Marci ii., 23. Lucae vi. Cum Nicodemo colloquio habuit , Joannis iii. cuiusdam aridam & mortuam manum reſtituit . Matth. xi., 9. Marci iii. Lucae vi. 6. Joannis diſcipuli de Chriſto conqueſtunt apud magiſtrum ſuum ; ſed ab eodem iterato de illo teſtimonio concenterūt . Joannis iii., 22. Paſſo poſt Joannes in carcerem compingitur ; Matth. xiv., 3. Marci vii. 17. Lucae iii., 19. Nam poſt Paſcha , Chriſtique cum Nicodemo colloquium in fulſepto baptizandi mu- neſtare Joannes aliquanto tempore perlitit , ut Joannes indicat . Poſtquam Joannes in carcerem miſiſus eſt , Chriſtus in Gaillam , & Zabulonitem , ac Nephthalimēdēm ſeſe contulit : quod Matth. cap. iv. 12. & Marci i. 17. refertur . Qui Chriſti reditus in Galilam per- peram conſundi ſolet cum eo , cuius Lucas cap. iv. 14. memint . Hic enim proxime poſt tentationem incidit ; quando & in patriam veniens , penè illiſe à ſuis interfe- cūs eſt . Exinde penitentiam prædicare coepit : ac pri- mū Apoſtolos diuocēm elegit ; Marci iii., 13. Luca vi. 12. Hanc primā Apoſtolorum elecctionem Mat- theus præterit . Quæ quidem eodem ferme , quem habuit in monte , prior videtur . Varii ſubinde ferme- nes habitū ſunt a Chriſto , partim ad Diſcipulos , partim ad reliquā multitudinem , qua in montem con- fluerat ; Matth. v., vi., vii. & Lucae vi., 17. aliaſe capiſtis . Inde Centuriōneſ ſervus a morbo liberatur ; Matth. viii., 5. Lucae vii. Joannes eſt vinculus diſcipu- los ſuos ad Chriſtum allegat . Luca vii., 18. & Matth. xi. Peccatrix mulier epulanti Chriſto ſupervenit , Luca vii., 37. Dæmoniacum mutum ſanat ; & Judæos obſtre- fantes caſigat . Matth. xi., 22. Marci iii., 20. Luca xi., 14. Parabolam multas ediferit . Matth. xiii. Marci vi. Lucae viii. Poſt in altum evenitus procēlā ſedat , ac dæmones in poreos ſubire permittit : Matth. viii., 18. Marci iv. 35. Lucae v. & viii., 22. Mulier a fanguinis profluvio curatur : & Archifynagogi filia revocatur ad vitam : Matth. ix. 18. Marci v., 21. Lucae viii., 40. Cæſis duobus lumen reſtituit : Matth. ix. 27. Mutus & Dæmoniacus liberatus , Matth. ix. 32. Marci vii. 32. Mox in patriam reverſus , ibi miracula nulla facere po- nit . Matth. xiii., 54. Marci vi. Apoſtolos ad prædi- candūm Evangelium mittens variis illos praecipit , ac fermonibus inſtituit : Matth. x. Marci vii. 1. Lucae ix. Joannes ab Herode necatur . Matth. xiv., 3. Marci vi. 17. Lucae ii., 19. quod paullō ante Paſcha contigit . Se- cundūm hæc Apoſtolos ad Chriſtum rediſſe , & que- gerant renunciatię , refert Marcus vi. 30. & Lucas ix. 10.

Incidit Pascha secundum anno sextodecimum Tiberii,  
M. Vinicio Quartino, C. Cassio Longino Cos. anno  
Urbis DCCCLXXXII. Juliano LXXV. quo cum Dionysius  
nun concurrit annus XXX. Periodi Julianae 4743. Novi-  
lunium vernum Martii XIIII. feria IV. 30, 24, 41. Ple-  
nilunium Aprilis VI. feria V. hora 14. 48, 42<sup>1</sup>. in meri-  
diano Prutenico, cyclo Luna XII. Solis XI. littera A.  
*Gesta anni tertii usque ad Passione.*  
Christus cum Phariseis de divinis, humanisq[ue] tra-

*Gesta anni tertii usque ad Passio nem.*

Christus cum Pharisaeis de divinis, humanisque traditionibus alteratur: Matth. xv. Marci vii. Post in Tyriorum, & Sidoniorum fines profectus Chananae filium sanat: itenque surdum, & mutum, Marci vii, 31. Quatuor hominum milles septem panibus alit, Matth. xv, 29. Marci viii. Pharisaei signum querunt: & Discipulorum incredulitas castigatur. Matth. xvi. Marci viii, 11. Bethsaide cœxo vitum relitut. Marci viii, 13. Petrus Christum confitetur: qui & Passionem suam denunciat. Matth. xvi, 13. Marci viii, 27. Lucæ ix, 18. Post octo, sive dies transfiguratur. Matth. xvi. & Matric. ix. Luce ix, 28. Lunaticus curatur. ibidem. Didrachnum perolvit, Matth. xvii, 24. De principatu inter Apolitos oritur contentio. Matth. xviii. Marci x, 33. Luce xix, 46. Varias conciones habet: velut dimittendum est fratri, quoties in nos peccat: Matth. xviii, 15. Luce xvii, 3. Servum inutilem fecit quemlibet putare debere: Luce xvii, 5. Secundum hæc Christus in Judeam & Galilæam præfiscitur: & cum Pharisaeis de matrimonii fribilitate disputat. Matth. xix. Marci x. Luce xvi, 18. In itinere à Samaritanis excluditur. Luce ix, 51. Doct' agn' divites salutem confugi: Matth. xix, 16. Marci x, 17. Luce xvi, 18. Ad Eseneopagum venit, Joannis vii. Parabolæ denarii diem non ponuntur. Matth. xx. Adultera Christi scilicet

## C A P U T X I X.

*Dominicae Passionis, & eorum, quæ post eam acciderunt;*  
*historica Διήγησις.*

fermones; de non timenda corporis morte, deque  
divitiarum abiicienda sollicitudine. **Luca xii.** Peni-  
tentiam agendum esse diversis exemplis, & parabolis  
doceat: tum colorum regnum cum finapis grano com-  
parat. **Luca xiii.** Herodem vulpem nominat, & Hie-  
rofolymum communiat. **Matth. xxiiii, 37.** **Luca xiii,**  
**31.** Ad Encaniam venit; ubi lapidibus tantum non obrui-  
tur. **Joannis x, 22.** Hydropicum sanat, & parabolam  
disputat de invitatis ad cenam. **Luca xiv.** Parabolam  
ad junxit alias de ove, drachma, & prodigo filio. **Luca**  
**xv.** Parabola villici; & historia Lazar; **Luca xv.** De-  
cem elephantiacum curantur. **Luca xvi, 11.** Iugis ora-  
tio commendatur, **Luca xvii.** Publicani & Pharisei  
parabola: **Luca viii, 9.** Lazarum à mortuis excitat.  
**Joannis xi.** Instante passione, pergit Hierosolymam,  
& in itinere mortem suam prædictit. Tum Zebedæi  
filiorum mater Christum convenit. **Matth. xx, 17.** **Marci**  
**xx, 32.** **Luca viiiii, 31.** Cœcus duos ad Jerichuentem  
sanat. **Luca xix.** In Zaccari domum ingreditur. **Luca**  
**xix.** Cœcus alter extra Jerichuentem illuminatur. **Marci**  
**x, 46.** **Luca xvi, 35.** Parabola de minis in fervos di-  
stributis. **Luca xix, 11.** Ante sex dies Pascha Betha-  
niaz à Maria perunguitur: **Matth. xxv, 6.** **Marci xiv, 3;**  
**Joannis xi, 1.** Magna deinde pompa urbem ingreditur,  
at faultis acclamationibus excipitur. **Matth. xxii, 1.** **Marci**  
**xii.** **Luca xix, 29.** **Joannis xi, 11.** Ficulne maledi-  
cit, & negotiatores extrudit ex Templo. **Matth. xxi, 12.**  
**Marci xi, 11.** **Luca xix, 45.** Pharisei interrogant, &  
vicimus interrogantur de baptismo Joannis. **Matth.**  
**xxi, 23.** **Marci xi, 27.** **Luca xx.** Parabola de vinea  
agricolis locata. **Matth. xxi, 33.** **Marci x, 9.** Parabola  
vocatorum ad nuptias, & renuentium Matth. **xxii.**  
De tributo dando Cesari interrogatur. **Matth. xxii, 15.**  
**Marci xi, 13.** **Luca xx, 20.** Sadduceos confutat.  
**Matth. xxii, 23.** **Marci xi, 18.** **Luca xx, 23.** Per-  
contatur Legisperitus quod sit maximum mandatum,  
deinde Christus filium se esse Dei ex Davidis autoritate  
comprobat. **Matth. xxii, 33.** **Marci xi, 28.** **Luca xx,**  
**39.** De Scribis & Phariseis audiendis, non imitandis  
differit. **Matth. xxiiii, 1.** **Marci xi, 38.** **Luca xx, 46.**  
Feminam pauperem collaudat, que minutando in ga-

gallicinium vocatur; Matthæus, Lucas, & Joannes posterius hoc intellexerunt. Longiore deinde sermonem pertinxit, qui Joannis capitulo aliquot exponitur. Quo finito exit in montem Oliveti; ubi Patrem orans pro doloris acerbitate sanguines sudore permundauit. Captus à Judæis, proditore præente, ducitus est ad Annam Caiphae ficerum: inde ad ipsius Caiphae domum, in qua Petrus ter negavit: ut trie Evangelista docent. Joannes enim, qui priorem negationem in ædibus Annae factam indicat, sic interpretandus est, ut *τοῦ τε πατέρων* verbu*μ* 13. cap. xvi. velut prius ad Caiapham esse perdictum. Quare quædam ē Cyrillo suppla nonnullis videntur, & ex commate 24 traducenda, *τηνταριναν αὐτὸν δεδεπόνως καίσανα*. Producens in concilio Christus, & contumeliose habitus dilucido ad Præsidem perducens. (Erant enim tum in potestate Romanorum Hierosolyma, & Syria provincie contributa.) Accusantibus ergo Christum Judæis, & ut dannaretur instantibus, Pilatus initio resulit. Hinc non mediocris est quæstio, nec explicatio facilis, non folium cur Judæi Christum ad Præsidem adduxerint, nec eum hominem, quem mortis esse remm de conciliis sententia pronunciaverint, per seip sumi punirent, maximè blasphemie nomine damnatum: quemadmodum Stephanum postea sine Romani magistratus autoritate lapidibus obliterarunt; & eodem supplicio Christum non semel aggressi sunt, sed multò magis illud moveret, quod Judæi, Joannis xvi. 11. 31. horatanti Pilato, ut Christum ipsi morte afficerent, respondere feruntur: *Nobis non licet interficere quemquam.* Cum haec verbi alii propter diem festum usurpata esse putent; ut Chrysostomus, Cyrillus, Augustinus: quod per festos dies neminem occidi licet: alii de Crucis supplicio nominatum exceptum velint; quod à Judeorum moribus alienum erat, & Romanorum proprium. ut Chrysostomus, Euthymius, Maldonatus, Janseius: alii denique quod omnis capite puniendi potestas Judæis estet à Romanis adempta; prima ratio probabilis non videatur. Secunda, nisi aliud accedat, non satis congruit. Plus enim Judeorum vox significat: cum ibi negant supplicium de quoquam licere sumere, quam ut de sola cruce possit accipi. Tertia denique, quam ex omnibus amplectendam maximè iudicio, expolienda nihilominus est, uberiorisque declaranda. Scendum est itaque Judeos à Romanis omni gladii jure praepotuisse; quod & Maldonatus obseruat: & id ipsum quadriginta circiter annis ante templi excidium Romanos instituisse, docent Hebrei. Sed in causa majestatis, & iis crimibus, qua ad Rempib. imperiumque pertinebant, Judæis non cognitio folium, sed etiam executio negata fuit de iis, quæ ad legem suam attinerent, permisus Præfusis quæstionem habere, ac punire poterant, cui simile jus in Babylonica servitute concelebrium iis fuisse; Sufiana historia testatur. Judæi porro Christum majesticos, ac perduellios reum peragere omni ope studebant, adeoque Romanis damnandum, animadverendum tradere; quo & auctoritate majori res administraretur; & graviorē illi apud populum concitarent invidiam; atque, ut in eo criminum genere vitari contiguo folet, si qui fautores illius ac studiosi forent, vehementius absterrentur. Quocirca instanti Pilato ut Christum ipsimet plecerent, nescienti sibi esse esse. Quod sextam fuisse dicit, quando Pilatus flagellatum Domnum Judæis fitit, atque damnavit. *Rufus Marcus cap. xxi. 33. Προσέσθη ὁ ἄγας ἵερος ἐπίπεδος τῷ ἀλυτῷ τῷ λευκῷ γάλιῳ, ἢ σέστραις.* Cum fuisse hora sexta, tenebra facta sunt super universam terram, ut quod ad horam nonum quod & Matthei cap. xxvii. 45. legitur. At Lucas cap. xxi. 44. *λογὴ ἡ ἑβραϊκὴ ἡ ἥρα, ἡ οὐραῖς ἡ ἕπειρος.* Erat autem quasi hora sexta, & tenebra facta sunt. In his sacramentis historiorum verbis contrarietas quadam inesse videatur. Nisi si hora sexta damnatus est à Pilato Dominus; ut quis scribit Joannes: quomodo verum est, quod reliqui triplex asserunt, ab hora sexta orbiterbitum obductus esse tenebras. Hoc enim crucifixio jam Christo contigit. Item si hora tercia crucifixus est, ut Marcus referat, quid Joanni facias, qui hora sexta dictam in illum esse fermentiam narrat? Et veteres, & recentiores antores plurimam utrumque illud *ἄγοντα* exercut. Notum est illis, qui illorum commentarios legerint, quā varie interpretationes exfliterint, quarum haud *έστι* an illa omni ex parte satisfaciat. Neque hic percenfere omnes attinget. Communis est, ac recepta maximè, quā iam *λευκή* rum nemo præterit, conciliandi ista ratio. Horas ab *λευκῇ* Evangeliis non uitato more dixerunt pro duodecima, acipi diei parte, sed pro quota; quomodo & nos in quatuor est tributa vigiliis. Hoc modo primam horam appellatam esse, quæ ab hora diei prima, five crepusculo matutino, ad tertiam, quam nonam vocamus, extenditur; alteram vero, quæ ab hora nona noctratis ad meridiem pertinet, vocatam est tertiam: quæ à meridie ad tertiam pomeridianam, sextam postremam denique ab hora tercia pomeridianam ad occasum, nonam, seu vesperam esse dicam. Ita Jansenius cap. cxlii. & Maldonatus noster. Alii vero, qui quadrupliciter illam diem divisionem amplexi sunt, trihorionum, horam tertiam; secundum, horam sextam nominant; tertium, horam nonam; quartum, vesperam: ita ut ab ea hora, à qua diei quadrans incipit, nomen habeat; non ab ea in quam definit; ut superioribus auctoribus vixit est. Hac est Baronii sententia ad A. xxxiv. N. 16. quam & Melchior Canus lib. II. & Toletus, Ribera, commentaris in Joannem referant; neque tam penitus approbat. Ideo faciunt maximè, quod illa diei quadrupliciter distinctum nullum idoneum audiret. Ideo & Catenonus Exercit. xv. N. ex. *Cateno* Baronum redarguit, quod Cenforini testimonio diei non partes illas quatuor affirmet: *Cenforius, inquit, in diem non dicit, quem laudat Baronius, alii post illum. Meminit quidem Cenforius quadrantis diei; de hoc nibil quicquam facit ad illam observationem qua de nunc agamus.* Atqui manifestissimi te falsi importunus ille Baronii castigator alligat. Hoc enim differtissimis verbis Cenforinus dixit, quod cum dicere Author Annalium asseverat. Cap. xxii. Cenforini verba sunt: *Alii diem quadrupliciter: sed & nonē dividēbant, quod militūdo ista tur militaris, &c.* Quamobrem non auctor divisionis istius vulgari illi sententia deest. Quin & probable est eadem apud Judeos in consuetudine fuisse, cum, quod huic, Cenforino teste, respondeat, noctis apud illos quadrupliciter dicrimen obtinuisse confet. Nam prima, secunda, tertia, quarta vigilia apud Evangelistas occurruunt.

Martini conciliare licet.  
Sed de tempore, quo in cruce suffixus est Christus, & quod cum codem ferè spectat, de damnationis, ac latè sententia momento difficultissima quæsto est, ex Evangelistarum contrariis in speciem autoritatis exorta. Marcus imprimis, cap. xv, 25. *λέγεται γάρ τόπος* rei, ait, *και ἐνώπιον αὐτοῦ οὐδείς οὐδεποτε*. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. At Joannes cap. xix, 14. horam quasi

LIBER DUODECIMUS, CAP. XX.

Etenim tertiam, sextam, nonam Evangelista non alter in historia Dominicæ passionis accipiunt, quam in operiorum parabolæ cum illas ipsas; tum undecimam, Matthæus cap. xx. que postrema utique tempus orationis non significat. Itaque Toleti prius illud amplectetur; aut corruptum ab exscriptoribus esse contextum; aut in infidelis loci tractatione confessionem incitare possunt, quā temeritatem notam esse sustinunt. De librariorum culpa contentum ex antiquis Hieronymus, & quorum meminit Theophylactus ille in Comment. ad Psal. lxxvii. quamquam germanum hoc opus non est, & de auctore merito dubitatur. Iste vero in cap. xix. Joannis. Sed utrius Evangelista locus in mendo sit, Marci, & Joannis, haud convenit. Hieronymus Marcum emendandum asserit; quem horum sextam posuisse credit: sed antiquiores episcopum Gracum, id est *s*, quæ est nota senarii, putavisse esse *r*, hoc est *quæqua*. At illi, quos laudat Theophylactus, Joannis verba cagitant; & è contrario pro *r*, id est *reim*, non *s*, id est *iom*, irrepsisse confirmant. Quia in sententia Petrus Alexandrinus est in Opusculo nondum edito, quod penes nos est: qui in autographo Joannis quid Ephesi servabatur, scriptum sūisse refert, *æc hæ dñi r̄im*. Mihi vero Marci locus potius, quam Joannis corrigendum videatur, si quid emendatione est opus, quod & Cajetano, & Melchiori Cano lib. 11. de locis viarum est quamquam leviter hallucinatur, dum Theophylactum, contra ac res est, scripsisse refert, apud Marcum pro *reim* *eūl̄w* esse reponendam. Sed Marci potius voculum immutandam esse inde milii perluadeo, quod cum tam multa ab diluvio, quo Christus ad Præsidem adductus est, ad id tempus, quo damnatus & crucifixus est, administrata sint, non videntur hac tam brevi intervallo, hoc est triuorio circumscribi posuisse. Negue enim tantillo spatio duci Christus, accusari, interrogari, ad Herodem mitti, redire iterum ad Pilatum, rogari populus utrum dedi fibi malum, condemnari, extra urbem ad supplicium educi, ac denique crucifigi poterat: cunctante præsertim, ac tergiversante Præfide, & quidvis agente, ut à morte innocentem eximeret. Quare sex ad minimum horastan- varietas actionum posuitur. Adde Matthæum ipsum, cuius breviora fere Marcus creditur, itidem ut alios Evangelistas, hora sexta contenebratum Solem esse, dicere. Non est autem verisimile tribus circiter horis, postquam crucifixus est Dominus, obducatur Sol esse caliginem: quin id subito potius evenire. Nam quid Theophylactus opponit; ideo ante sextam horam affixum esse cruci, quod ab hora sexta tenebræ fecerit, illud est levissimum. Etenim sub hora sexta finem decifere Sol potuit, cum inente hexa Christus actus esset in cruce. Atenim Nomnum in Paraphraesi Joannis *reim* legiſe putes. Scribit enim:

*Sexta vero, quam vocant, ante sabbatum erat aurora,  
Avebatur autem tertia lethifera hora.*

CAPUT XX.

*Reliqua Dominicæ historiæ post mortem gesta.*

**P**RIMA est omnium, & aliquibus visa difficillima  
quaestio de triduo Dominice sepultura. † Neque  
enim satis intelligi potest quomodo Christus, quod  
Matthei xii, 40. denuntiaverat, tribus diebus, to-  
tidemque noctibus in corde terra jacuerit. Nam si  
*Parv. II.*

cinque  
Parigi II

<sup>†</sup> Pro Hieronymus hic legi solebat Petavius: quo Theophylactus dicitur. Ita & Ambrosius de interpellat. Job. Cap. v. Petavius.  
<sup>‡</sup> Addit. Lib. I. Quæst. Evangelicarum Quæst. viii. T. i. Petavius.

qui tamen minime integri sint accipendi, sed libati dumtaxat, & incepit.

Athenienses Cesariente Concilium, cui Theophilus Episcopus praefuit; cuius fragmentum Beda Opus de ecclesiastico refert, paucum esse Christum afferat xi. Kalend. April. & viii. Kalend. resurrectio; unde etiam triduum ad Paschales terminos adjecti. Ita Paulus argumentatur; qui & xi. Kalend. April. non ut à nonnullis scribitur x. Kalend. legendum afferat, cui nos hac in parte suffragamur. Nam & in vulgata editione Beda, & in membranis, xi. Kalend. extat quamquam in cuius septimo Kalend. resurrectio dicatur; errore manifesto. Verum perperam ex loco Paulus errorem suum tuetur. Neque enim fatis animadverterit, quia in eodem fragmento à Theophilou surpata ponuntur. Pascham ibi Dominum ait at xi. Kalend. April. quod ea nocte Iudeis traditus fuerit. Nempe x. Kalend. in crucem actus est, quae fuit Parasceve. Passioni vero etiam dies antecedens imputatur, quod sub noctem, peracto epulo Paschali, à Iudeis comprehensus fit. Frustra itaque Paulus testimonio Concilii illius abutitur: quod nihil prater communem de tempore passionis opinionem continet.

**De resurrectionis historia.** Superest ut eorum, quae post passionem, ac sepulchrum Christi contingunt, historiam brevi compendio pertexam: quae obscuritate sua antiquos omnes, ac recentes interpres multum exercut. Ita enim diversis modis ejusdem ab Evangelistis rei gestae series exponuntur, ut contraria nonnumquam invicem affirmare videantur. Hanc etiam capitibus aliquot complectar. Primum Matthaeus, vespere Sabbati, quae lucefici in prima Sabbati Mariam Magdalenam cum altera Maria venisse dicit, ut sepulcrum Domini videat, ac tum Angelum apparuisse. Reliqui tres non vespere, sed mane summo diluculo adiisse significant; neque tamen inter se penitus concordes esse videntur. Marcus enim cap. xvi., sabbatorum *τέλος*, valde manu progrebat ait mulieres ad monumentum, *ανατίκλωσε τὸ θάλασσα*, oratio jam Sole. Lucas vero cap. xxiv. *ἔρχεται θάλασσα*, summo diluculo. At Joannes cap. xx. *καὶ οὐδεὶς ἦν ὅντες*: cum adhuc tenebra essent. Quinam ita consentient, cum adhuc tenebrae essent advenientes feminas, & ortum jam Solem fuisse? Ruris Matthaeus, & Marcus Angelum unum apparuisse dixerunt; Lucas & Joannes duos. Item Matthaeus Angelum sedisse referunt super lapidem, quem evolaverat ab alto monumenti: Marcus eundem intra monumentum sedentes facit, cui de loco Joannes adstipulatur: et si duos non unum commoret. Ad hoc, Joannes Mariam Magdalenam, statim atque pervenit ad sepulchrum, ut evolutum lapidem vidit, ocyus ad Apostolos cucurrit scribit; ac Petrum, & Joannem ad spectaculum excivit. quibus digressis harentem illum primum Angelos duos; deinde Dominum ipsum aspexisse. Hac sunt principia quationum faltigia, quae in resurrectionis historia propter Evangelistam occurrint de quibus cum multa sint ab antiquis Patribus, Augustino praesertim lib. iii. de Confusione Evangeliorum cap. xxiv. Hieronymo Epistola cl. Gregorio Nysseno Oratione ii. de Paschate, ac recentibus Evangeliorum interpretibus, Maldonato, Jansenio, Tolero, & aliis innumerabilibus memoris prodita, nos de iisdem illis, quid videatur, paucis explicabimus.

Ac prima fane quæstio ex Latinis principiis verbis originatur. Neque enim fatis ista capere possumus. *Vespere Sabbati, quae lucefit in prima Sabbati.* Quorū enim relativum illud, quae, pertineat, est obicurum. unde videbit possit interpres *vespere* scripsisse, non *vespere*, quod nonnulli sentiunt. Sed in antiquissimis exemplaribus non aliter, quam in vulgaris est, legitur. Graeca sic habent. *ἡ μὲν ηὔησεν, τῇ θηρωνέστερῃ παλαιότερον.* Servò Sabbatorum ea quae lucefit in unam Sabborum, quae à Gregorio Nysseno ita declarantur; ut sit, *νὴ πέμπτη, καὶ θερινὴ τηεγειθῶντος εἰδουμένη*: longè post confessam hebdomadem, adeoque summo dilu-

\* Trix *νεκρώσεως* maximē attendenda sunt. Quae est opinio Iustiniani Pelusiota Lib. ii. Ep. 112. & Lib. i. Ep. 114. Vide Augu-

l. xxxviii. & Cassianum Lib. vi. de incarnatione. Ambrosius Lib. de Interpell. Job. cap. v. Eclipsim putat esse noctem. Pseudo Tom. x. Serm. 3. de tradit. Symboli. & Tractat. in Psalm. viii.

Chronologis memoria proditam asseverant, Christum Dominum anno secundo vel tertio Olympiadis ccii. paucum esse sentiunt. Sic Africanus lib. v.

¶ *Χρονογράφων* apud Eusebium lib. viii. de Demonstr. & apud Hieronymum in cap. ix. Danielis. Quin & Eusebius ipse Chronico ii. ubi Phlegontis verba pag. 243. producit, paucum esse non anno iv. Olympiadis affixit, sed tertio; cui & annum Tiberii xviii. appofuit. Anno hic erat Abramii MMXLVII. ad quem ex methodo annorum Eusebii addendi sunt anni 2696. Confect annus Periodi Julianae 4743. quo ad autumnum ceperit annus tertius Olympiadis ccii. perfeveratque ad autumnum anni Periodi Julianae 4744. quo annus quartus inicit. Quare anno tertio, pag. 284. non quanto Paſſionem illigavit Eusebius, quem Hieronymus est fecutus. Caſtingandus vero idem Eusebius, dum lib. x. de Prepat. scribit annum xv. Tiberii incide in annum quartum Olympiadis ccii. Legendum Olympiadis ccii. hoc est *οὐ* non *εἰ*. Nunc illud respondet velim, qui Phlegontis testimoniis non oppugnat, ecquid Africanum, Eusebium, Hieronymum, Phlegontis libros legisse putent. Quod quia de Africano faltem negare non possunt; dicant porro quid in illis iudicij fuſſe censent, si cum apud Phlegontem observarent horribilem Solis eclipsin anno iv. Olympiadis ccii. contigisse, & eam esse vellent, que moriente Christo contra natura ordinem apparueret; atque idipsum ethnici illius auctoritate suaderent; si hanc, inquam, non anno illi, quo ille scriperat, sed alteri tribuscent, satin' sanos illos arbitrentur. Quamobrem ne tantum stuporis antiquis illis Patribus affingatur, ut propemodum fatari necesse est Africani verba à librariis fuſſe corrupta. \* Cum enim scripsisset *τὸ δέκατον τέταρτον* οὐ *τὸ δέκατον τέταρτον*, aut certe *τὸ δέκατον τέταρτον* *τέταρτον* legit; hoc est quarto. Similis huic hallucinatio in Diodoti loco commissa est, quem ex primo Bibliothecis libro citat Eusebius in Excerptis Scaligerianis pag. 30. Cum enim Diodorus scripsisset Aſyrios imperiale annis *αὐτὸς Καῖσας εἰς τὸ δέκατον τέταρτον*, ut referat Cœſtas in lib. i. libro: in Excerptis legitur *ἐν τῷ δέκατῳ τέταρτῳ*, in iv. libro. Quare Epiphanius, aliorumque sententia, que Christum paſſum afferit anno ii. Olympiadis ccii. Phlegontis testimonio confitentia magis est, quam ceterorum. Presertim si anno Juliani lxxvi. Periodi Julianae 4744 id accidisse dicatur, que secundus annus Olympiadis ccii. ab Autumno superiori captus ex uſu Syromacedonum, & Græcorum Orientalium in cursu fuit.

Denum Epiphanius decretum, maximē quatenus plenilunio paſſum esse Christum negat, Dionysii autoritate redarguitur. Hunc enim Epistola vii. ad Polycarpum scripsisse putant, in ea Solis defensione quam fēc̄t Epiphanius. Nam post eclipsis, *ἡ τέλος θερινή*, id est obdictionem, Lunam ad eum cœli perenire locum, qui ē diametro Soli erat oppositus. Verum nihil ex iis verbis de Plenilunio confitetur. Quamvis enim Luna tunc effet *ἀπόλυτη*, & in tertio quadrante verfaretur, cum ea post *θερινήν* ad pristinam sedem rediret, per oppositam Soli ex adverso plagam transiisse, non in ea constituisse dicetur.

Pars. II.

Ii 2

De

\* Addebat Petavius in ora Codicis sui: sed procul manentibus inter Magdalena venit, eique Dominus aperit.

§ Meminit huius Eclipsis Origenis, lib. 2. contra Ceſsum, ex lib. xii. Chronic. Petavius.

\* Phlegontis lib. ii. de Cosmop. cap. xxii. ita legit, ut nos, uramque Magdalena. Hanc negat primō vidiſſe Do-